

imperfecte præcificandæ, & adhuc aliquam retinere univocationem; ut Averſa. Ad 7. negatur major; jam enim dictum est unitate analogiæ stare cum univocatione, & ad summum valere de perfecte univoco. Ad 8. rursus maior valet tantum de univocatione perfecta, qualis est ea, quæ refertur in Sortem, & Platonem in humanitate, non de imperfecta.

125 Ad 9. negatur minor, nam etiam in inferioribus entis possumus suo modo assignare duplicem rationem; unam, in qua conveniunt; & alteram, per quam differant, quæ quidem non tam erit ens, quam talitas entis; & formalitas habens vim determinandi rationem communissimam entis; tum quia etiam si ens includeretur quidditative in differentiis contrahentibus, non propterea univocationem amittit, quia ad univocationem alicuius conceptus sufficit; quod ipse præcificat a differentiis, etiam si illæ non præcificandæ ab ipso, & sic est de ente in proposito, quod perfecte præcificandæ ab illis; & denique inclusio in differentiis est contra rationem generis, non contra rationem univocæ, ut sic, ut mox dicemus. Ad 10. negatur minor, quia etiam si daretur ens formaliter includi in differentiis, saltem est inferiora entis diversificari secundum rationem præcificam entis, & acceptam sub nomine entis; diversificarentur enim per rationem entis, contrariam; & sub nomine differentie acceptam; sed infra ostendemus differentias entis nequaquam esse formaliter entia, sed potius talitates entis. Ad ult. negatur minor, quia accidens in ratione entis non plus habet in sua definitione, quam substantia, sed tantum in ratione accidentis; ut diximus ad 7. & in hoc sensu loquitur Arist. 7. Met. contradistinguit enim ibi accidens a substantia per hoc, quod in accidentis definitione ponitur inherens ad substantiam; non est autem inconveniens, quod unum univocatum secundum propriam definitionem aliquid claudat, quod non claudatur in alio, ut homo, & equus diversas habent definitiones, ut particulares species, sed eandem ut animalia sunt.

Terzio ulterius arguit Thomistæ, præsertim Complut. cit. ex D. Th. 1. q. 12. art. 5. Quamvis aliquis effectus non adequatur virtutem causæ; nomen illius commune non potest esse univocum, sed solum analogum; sed creaturæ sunt effectus Dei in nullo adequantes virtutem eius; ergo &c. Probatur major, nam quando effectus non adequatur virtutem causæ, non recipit similitudinem eius secundum eandem rationem; ergo nec potest habere nomen univocum. Deinde ratio entis taliter est in Deo, ut includat omnem perfectionem, independenciam, infinitatem &c. in creaturis vero reperitur modo longe diverso, immo contrario; ergo non prædicatur de illis secundum eandem rationem. Conf. quia nihil convenit Deo, & creaturæ secundum eandem rationem, nam sapientia verbi gratia non dicitur de Deo secundum illam rationem, secundum quam dicitur de creatura, in qua est qualitas; & in Deo substantia. Item ob distantiam quarundam creaturarum ab invicem non habent aliquid commune univocum; ergo tanto magis erit de Deo, & creaturis ipsi, quæ magis ab invicem distant. Tandem addit Aureol. 1. d. 22. quæst. 1. art. 2. nihil potest univocè dici de exemplari, & exemplato, ut domus de domo extra, & specie domus intra, sed Deus est totus entitas per modum exemplaris, creatura autem est entitas diminuta, & exemplata, ergo &c.

129 Resp. rationes istas nedum solubiles esse, sed etiam facile retorqueri, sitenim prima valeret, ignis, vel minera à Sole productæ non esset substantia univocè cum Sole, cum sit effectus Solis non adequans virtutem eius; argumentum igitur probat non dari inter Deum, & creaturam univocationem physicam, & in primo gradu, quia hæc non reperitur inter causam, & effectum, quando causa est univoca; hoc tamen nequaquam tollit univocationem in gradu superiori; item dici potest, majorem esse veram, quando effectus in nulla ratione adequat virtutem causæ; in proposito autem hæc creatura secundum peculiaritatem rationem non adequat virtutem Creatoris; æquantur tamen in simplicissimo conceptu entis, qui consistit in habere esse in rerum natura citra oppositum intellectus, quæ notio, ut sic, æquæ Deo, & creaturis convenire videtur, eum consistat in indivisibili. At instant Complut. majorem illam intelligi debere in sensu formali, est autem sensus formalis ejus, quod effectus in illa ratione, in qua est effectus non adequans virtutem causæ, non potest cum illa univocè convenire, licet alia in alia ratione, secundum quam non habet rationem effectus, posse univocè convenire; & hoc contingit in Sole, & auro, nam aurum secundum gradum corporis, & substantiæ non est effectus Solis, nisi per accidens; & ideo, in illis possunt univocè convenire, si vero imponeretur nomen ad significandam illam rationem, secundum quam aurum est effectus Solis non adequans virtutem eius, præcise dicitur esse analogum, non univocum; cum ergo creaturæ sint effectus Dei non adequantes virtutem eius, non solum secundum gradus particulares, sed neque etiam secundum universalissimam rationem entis, planè sequitur, nullam nomen posse de Deo, & creaturis univocè prædicari. Verum ex hac instantia nec roboratur ratio S. Thom. nec nostra infringitur solutio; saltem namque est, quod ajunt aurum non procedere per se à Sole, nisi secundum rationem propriam, secundum autem communem tantum per accidens, quod à Suarez mutaturus disp. 28. sect. 3. num. 7. quia, ut Scotus docet 4. d. 1. qu. 1. D. non est tanta distinctio inter rationem propriam, & communem in effectibus, quod ab alia, & alia posse

causa esse possint, sed attingens rationem propriam attingit quoque communem; deinde fallum est, creaturam non æquari Deo in præcissima ratione entis secundum se considerata, quia nihil entis, ut sic, plus est in Deo, quam in creatura; neque timorem Religionis incutiat alicui ex tyronibus hæc adæquatio creaturæ cum Deo, quia non est adæquatio in aliqua realitate ex natura rei, sed per præcisionem intellectus. Demum, quando etiam concedatur creaturam non adæquare Deum in conceptu entis, hinc non tollitur omnimoda univocatio, quia fallum est ad univocationem absolute sumptam æqualitatem requiri in participanda communi ratione; unde hoc argumentum; quod addè magnificent Thomistæ, potest dupliciter solvi, vel negando creaturam non æquari Deo in præcise entis conceptu, vel concedendo non æquari, & negando ex tali inæqualitate univocationem penitus destrui.

Ad 2. si concluderet, probaret quoque animal non univocè dici de homine, & bruto, quia diverso modo reperitur in hoc, & in illo, in homine ratio animalis est rationalis, diffucitur, in brutum non; itaque dicendum est assumptum esse verum de ratione entis contracta in Deo, non autem præcisa, ut hic de e loquitur. Ad Conf. pariter responderet sapientiam utique non secundum eandem rationem propriam de Deo, & creatura prædicari, quia in creatura est qualitas, & in Deo substantia; at secundum rationem communem abstractam à substantia, & qualitate, & secundum eandem rationem præciscam sapientie, ut sic, prædicatur de Deo, & creatura; & quidem idem argumentum fieri posset de animali, quod homini, & bruto non sit univocum, quia includendo id, quod contrahitur ad unum, non prædicatur de alio. Ad aliud, nequeunt creaturæ adè ab invicem distare secundum rationes proprias, ut saltem non conveniant in conceptu entis finiti, quod in decem prædicamentis distribuitur; sic etiam servata proportione nequeunt adè distare Deus, & creatura in propriis rationibus, quoniam in aliquo transcendenti conceptu inadæquatè convenire possint. Ad ult. ex Aureol. verum est ens non univocè dici de Deo, & creaturis, ut habent esse cognitum in divina mente, quia sic habent esse tantum diminutum, & secundum quid; fallum tamen est, si considerentur secundum esse, quod habent adu, vel possibiliter extra.

Quarto aliam quoque rationem cum fervore solent urgere Thomistæ contra entis univocationem, quia hinc, ajunt, sequeretur ens esse genus, quod est contra Aristot. 3. Metaph. 10. docentem, ens non esse genus, quia includitur in differentiis, quod omnino opponitur rationi generis; probant consequentiam, quia si ens est univocum, non videtur, posse esse aliud universale, quam genus, quia prædicatur de pluribus plusquam numero differentiis in quid, alioquin divisio universalis in quinque prædicabilia non esset adæquata.

129 Respondet Arriag. loc. cit. & disp. 7. Log. num. 25. gratis concedendo ens esse genus, & ex vi definitionis ipsius generis passim receptæ hoc necessario sequi, & præsertim in Scholæ ejus univocationem admittentibus. Hoc tamen minime concedi debet, tum quia expressè repugnat Aristot. modo citato 3. Metaph. ubi declarat ens non esse genus, rationem assignans, quia includitur in differentiis, tum quia hoc datus Deus poneretur in genere, quod esse fallum ostendimus disp. 7. Log. quæst. 1. artic. 1. & ex definitione generis hoc non sequi demonstravimus disp. 5. Log. quæst. 1. artic. 2. in explicatione definitionis generis. Averſa quæst. 16. Log. sec. 2. concedit, & ipse, ens posse dici genus sumendo genus latè per omni prædicato, quod non solo nomine, sed etiam ratione significata dicitur in quid de pluribus, & non est species, quod vocat genus transscendentale, idem repetit, & confirmat quæst. 3. Philol. sec. 12. nam sicut dicitur species entis, differentie entis, ita etiam dici potest, ac debet genus entis capiendo genus in prædicto sensu; atque cum dividitur universale in illa quinque genus, species &c. possunt utique hæc omnia in illa divisione contineri, & debet universale in uno sensu ita ample fieri ad discrimen singularis, ut hæc omnia complectatur; Sed hæc, ut diximus in Log. loc. citat. si de genere loqui velimus, ut sapientes locuti sunt, nec abut vocabulis, & insistere transcendente de nomine, implicat in adjecto dari genus, quod transcendente dicitur; quia nomen transcendente, ut notat Trombet. tractat. formal. part. 1. art. 1. sonat conceptum indifferenter ad habitum, & infinitum, quia ratione prædicata Deo, & creaturis communia dicuntur transcendente, genus verò suapte natura conceptum importat potentialem; & per modum partis; quod si transcendens sumatur etiam in etiam in eo sensu, quod R. ecentioribus passim sumitur pro præcise deo ut in ultimis differentiis, adhuc etiam in hoc sensu implicat in adjecto ens esse genus; quia genus ex vi nominis importat conceptum potentialem extraneum à differentia, ut docet Aristot. loc. citat. 3. Metaph. to. ens autem secundum communem includitur etiam in differentiis; Nec urget usus usurpate locutionis, quia dicimus species entis, differentias entis, unde insert in eodem sensu dici posse genus entis, quia hæc omnia abusive dicuntur, non proprie; certum enim est apud omnes, Deum non esse speciem, sed substantiam individuum, & singularem, & contractivam entis, dum candidè loqui volumus, non differentias, sed modos appellamus; quod ex inferitur è contra, candidè loquendo, ens non posse dici genus; nec etiam refert univocè.

verale divisum fuisse in illa quinque universalis, quia certum est apud omnes, & præsertim in Scholâ nostra, ibi divisum fuisse universale limitatum, quia universalium tractatus ordinatus erat ad texturam prædicamenti, in quo non nisi universalis limitata continentur; alia ergo universalis admitti debet, quæ à limitatione præciscandæ, sitque propria conceptum transcendente, ut docet Doctor 4. Metaph. quæst. 1. in corpore quæst. 1.

Recentiores alii univocationem entis defendentes, vel saltem præcisionem conceptus ejus, respondent unanimitè, vel saltem præcise univocatione, vel præcise sequi ens esse genus, quia ratio, non quæ adducit Aristot. 3. Metaph. 10. cur ens non sit genus, non est, quia ens non est univocum, sed quia est nimis commune, & transcendens, unde fit, ut de suis differentiis etiam prædicetur in quid, quod est contra rationem generis; qui solutioni solent etiam Scotistæ passim acquiescere, quia eam tradidit Doct. in terminis 2. dist. 3. quæstion. 3. sub N. ubi tamen non profert Doctor ens includi in omnibus differentiis in universum, sed in quibusdam differentiis non ultimis, ut sequenti quæ explicabimus. Hanc solutionem impugnat Complut. cit. quia concedere ens esse conceptum univocum, & per varios modos contrahibilem constitutum Dei, & creaturatum, & posse negare esse genus, quia deficit illi proprietates generis, scilicet non includi in differentiis, est proflus, ac si quis concederet, equum esse animal rationale, & negaret deinde esse animal, quia ei deficit sensibilibus; repugnat enim, quod alicui conveniat essentia, & quod non conveniat propria passio, vel contra quod de aliquo negetur propria passio, & quod non negetur essentia, sed essentia generis est esse naturam essentialiter perfectibilem, habentem rationem potentie respectu illorum, per quæ contrahitur; ex hoc oritur tamquam passio, quod non includatur in differentiis, quia potentia est extra adu, & adu extra potentiam; ergo cum Adversarij concedant ens importare rationem præciscam essentialiter contrahibilem per varios modos, habentemque rationem potentie respectu illorum; concedere etiam tenentur non includi in illis, vel si hoc inficiantur, oportet etiam tenentur non includi in illis, vel si hoc inficiantur, oportet etiam, ut negent esse rationem abstractam, & contrahibilem. Hæc tamen replica neutiquam præfatam solutionem infringit, præsertim in nostris principiis, qui volumus; genus veram importare realitatem potentialem, per actualem realitatem differentie contrahibilem ut ex eis fiat Metaphysic. compositio, quam potentialem non habet conceptus entis, quia non exprimit adæquatam realitatem à parte rei; forte tamen contra Recentiores concludit, qui essentiam generis, & differentie salvant, & explicant per conceptus inadæquatos, cum enim conceptus entis sit potentialis, & contrahibilis per modos, tenetur reddere rationem, cur concedendo entis id, quod spectat ad essentiam generis, esse nimirum partem potentialem, non etiam ei concedunt id, quod genus consequitur, ut propria passio, nimirum in differentiis non includi. At instat Jo. de S. Thom. magis contra nos Scotistas eam rationem concludere, quam contra alios, quia in nostra opinione ens non includitur in differentiis, unde nil ei deficit, quin sit genus; Sed neque hæc instantia cogit, quia, ut est videre loc. citat. Doct. non excludit ens à quibuscumque differentiis, sed tantum ab ultimis differentiis, & concedit de aliquo non ultima quidditative prædicari, genus autem cum sit realitas potentialis ad quamlibet differentiam, de nulla proflus quidditative prædicari potest, & ideo hoc sufficit, ne ens sit genus, ut Aristot. docet loc. citat. 3. Metaph. 10. Accedit Scotum non omnino prædictæ responsioni acquiescere, nam inquit, quod illa ratio ex Aristot. citat. deducit, cur ens non sit genus, possit negari, quia in eo loco Philosophus disputative procedit in utramque partem, non autem demonstrative; & sic etiam notavit quæst. 21. de Anim. in solutione ejusdem difficultatis.

131 Sed ut perfectam habeamus huius difficultatis solutionem recolendum est id, quod notavimus in Logic. loc. citat. ex Doctore 1. dist. 8. quæst. 3. §. Adprimum argumentum, duas potissimum conditiones requiri ad genus Metaphysicam, ut etiam notavit Bonet. 1. Metaph. cap. 6. una est, quod non dicatur purum, & simpliciter conceptum, sed aliquam realitatem Metaphysicam citra omne oppositum intellectus habentem esse in rebus, altera est, quod hæc realitas sit potentialis ad aliam realitatem actuale, & per eam contrahibilis, ut ex utraque referet. Metaphysicam compositionem; ratio hujus est, quia ut diximus in Logica disp. 5. quæstion. 3. artic. 2. & rursus dicimus inferius, Metaphysica compositio non est mera conceptio rationis, sed aliquo pacto à parte rei (alioquin non esset, cur à Deo excluderetur) non esset autem à parte rei, si genus, & differentia dicerent solos conceptus inadæquatos abique propriis realitatibus sibi correspondentibus, & rursus non esset vera, ac propria compositio, si una realitas non esset extra aliam, quia de ratione partis composita est, ut sit extra aliam compartem, eo modo quo composit; realiter quidem & physice, si compositio est physica ex materia, & forma; formaliter verò, & metaphysice, si compositio est solum metaphysica, qualis est, quæ sit ex genere, & differentia; hinc igitur est, cur ad genus metaphysicam requiritur, ut dicatur realitatem, nec sufficit, ut dicatur purum conceptum, & hanc quidem potentialem ad aliam, ut nimirum sit extra illam per modum alterius compartis; cum igitur ens non dicatur realitatem potentialem, sed simpliciter conceptum inadæquatam; ut qu. 4. art. 1.

conclusum est, ideo habere nequit rationem generis; & hæc etiam ratione docuit Trombet. 22. Met. qu. 1. conclus. 2. ens non esse genus, & Mairon. qu. 7. de univocatione entis, ubi ait quod ratio generis consistit in hoc, quod prædicetur per modum partis essentialis, ens autem non prædicatur per modum partis, quia tunc esset compositio in Deo; Ex quo colligitur, præfatam difficultatem esse inevitabilem Scotistas docentibus ens dicere realitatem, ut ceteri gradus prædicamentales, quod enim dicere solent per modos intrinsecos, iam superius num. 73. ostendimus esse merum effugium, nec bene per hoc excludit veram potentialem à conceptu entis, quantum sufficit, ne sit genus, tum quia ubique ponatur, habeat rationem partis essentialis per aliud determinabile, quod est esse genus; Tum quia ut optime notavit Jo. de S. Thom. Scotistæ sic respondentes sibi manifestè contradicunt, quia ex una parte ponunt ens habere conceptum objectivum ita unum, & præciscum, ut inferiora, & contrahentia actu non includat, sed potentia tantum, & ex alia parte dicunt ens non esse genus, quia realitas entis non est potentialis ad modos; si ergo non est in potentia ad modos; ergo adu eos includit, eatenus enim genus ponitur potentiale ad differentias, quia adu eas non includit; vel saltem nullo modo nec actu, nec potentia eos includit, sed disparatè se habeat ad illos, & sic non erit contrahibilis per illos, nec aduabilis, si nec in potentia se habeat ad illos, nos autem hæc angustias non incurramus, quia eo modo, quo dicimus ens dicere conceptum præciscum à modis, non quidem omnino de natura rei, sed per intellectum rem inadæquatè concipientem, ita etiam tribuimus ei potentialem per opus intellectus unius conceptus ad alium; & cum dicimus ens prædicari in quid de Deo, & creatura, sanè non intelligimus prædicari in quid, ut genus prædicatur de speciebus, nam genus dicitur prædicari in quid de speciebus, quia dicit partem constituentem à parte rei priorem ipsam speciem, ens autem dicitur prædicari in quid, quia nimirum delumptum est, & abstractum à quidditate rei, ut sæpe explicat Lichet. & sic tandem constat, præfatam difficultatem urgere tantum de ente communi ad decem prædicamenta, cum enim sic sumptum dicat realitatem verè potentialem, & per differentias contrahibilem, ut infra dicemus num. 165. gratis concedimus esse genus, ut iam stativimus disp. 6. log. q. 5. ubi omnes difficultates contra hoc diluimus.

132 Et quidem Poncius disputat. 18. part. 3. sui Curſus quæst. 3. ut consequenter loqueretur, cum prius docuisset ens dicere realitatem ex natura rei præciscam à gradibus inferioribus, videns juxta hanc dicendi modum evitari non posse, quia ens sit genus, nec bene difficultatem evitari per id quod communiter dicitur à Scotistis, ens contrahi ad Deum per modos intrinsecos, & non per differentias, quam solutionem multis ibi impugnat, sed nun reddè, nolo in hoc tempus (ut ipse affolet) contere, satis fit à nobis impugnatum fuisse sufficienter supra num. 71. & inferius num. 156. non quia doctrina, in qua fundatur, à Scoto tradita 1. dist. 8. quæst. 3. ad 1. non sit sufficienter pro solutione argumenti, & ingentes patiat difficultates, ut ipsum non pudet dicere contra Magistrum, sed quia illa doctrina à multis Scotistas non bene intelligitur, de quorum numero erit ipse quoque, cuius tamen redam dabitur intelligentiam intr. numer. 159. videns, inquam pondus difficultatis, & insufficientiam illius responsionis etiam sub num. 34. cedens argumento concedit ens esse genus ac tamen per differentiam ad Deum contrahi, si tamen per genus intelligatur aliquid unum contrahibile ad plura distinctæ rationis etiam per differentias, non tamen si per genus intelligatur quod possitè limitatum, & quamvis constet Deus ex genere, & differentia in præfato sensu, negat tamen hinc sequi compositionem metaphysicam in Deo ex gradu perfectibilis, & perfectivo modo simplicitati suæ repugnant; nam sicut non impedit divinam simplicitatem, quod includat formalitatem essentie divine, & formalitates sapientie, & iustitie, ac relationum; non impedit etiam simplicitatem ipsius, quod includat formalitatem generis, & formalitatem differentie seclusis imperfectionibus, & sicut essentia divina non est perfectibilis per attributa aliqua perfectibilitate, quæ imperfectionem involvat, sic formalitas entis in Deo non est perfectibilis per formalitatem differentie aliqua perfectibilitate, quæ dicit imperfectionem, quam solutionem confirmat num. 36. quia finitas per Scotistas est principium, vel conditio necessaria ad potentialem, & perfectibilitatem involventem imperfectionem: cum ergo ens in Deo non afficiatur finitate, non poterit esse in potentia, aut proprie perfectibile, quantumvis per differentiam contrahatur; quem dicendi modum mutuavit à Boneto lib. 1. suæ Metaphysic. capit. 6. ubi cum, & ipse teneret ens dicere gradum ex natura rei ab inferioribus præciscum teneret, consequenter etiam ad primam intelligentiam contrahi per aliquam differentiam essentialem, ad quæ infinitas consequitur, tamquam eius modus intrinsecus, est adhuc concedere noli ens esse genus, in quo minus consequenter loquitur, licet magis sobrie, quam Poncius, qui sic de Deo loquens, malè eum tradat, ut alter.

Sed ens non esse genus iam exploratum est, & sufficienter supra probatum. Quod autem ait Poncius genus varias habere acceptiones, ac pariter differentias, juxta quæ dicitur Deus constare ex genere, & differentia, vel non constare, est mera fusa fundata in doctrina Averſæ, & Arriag. qui ita loquitur, quam tamen confutavimus disputat. 7. Logic. quæstion. 1. art.



sed a rationibus contrahentibus provenire; Quia talis diversitas univocationem non tollit ex 7. Phyl. 3. cum quia si talis diversitas sufficiens esset ad analogiam inducendam, omnes gradus prædicamentales essent analogi, quia in omnibus talis diversitas reperitur. Deinde principaliter arguit ibidem num. 13. omne prædicatum univocum habet propriam essentiam, & quidditatem, quæ consistit in indivisibili ex 8. Met. 10. ex quo sic arguitur, unaquæque quidditas debet participari a suis inferioribus, eo modo, quo participabilis est, ergo si ratio entis ponitur univoca, ut servet regulam generalem cuiusmodi quidditatis, non nisi modo indivisibili ab inferioribus participari poterit, atque ideo cum omni æqualitate, & uniformitate, quæ ratio evadit non potest, nisi quidditatem, & quidditatem entis non esse perfectè unam, & ab inferioribus perfectè prædicam, quod supra refutatum est. Tandem id quoque probat non a. 2. disputat. 11. scilicet ubi pluribus ostendit nullum prorsus analogum habere unum conceptum analogis communem, nec consequenter esse posse univocum, quia univocatio destruit quancunque analogiam, & è contra; cuius ratio est, quia analogia, ut sic, dicit plures rationes inter se tamem proportionem habentes, univocatio vero dicit unitatem conceptus, & hæc perfectam, quia essentia univoci consistit in indivisibili, unde tolli nequit per multipliciter aliquam, qualescunque hæc sit, quin totaliter tollatur; & ad hoc reducuntur rationes omnes quas ibi congerit ad hoc ostendendum.

138 Resp. ad hæc conlata, quod dicendum sit ex dictis nu. 119. & 120. certum est enim ens ab inferioribus non ex quo participari, sed perfectior modo reperiri in uno, verbi gratia in substantia, quam in alio, scilicet accidente, & ex hoc capite analogum esse, quod ad hoc dicitur, ut hoc ipsum aliter quoque hic Auctor disp. cit. 39. scilicet 4. esto dicat hæc inæqualitatem esse extrinsecam, & non oriri ex natura ipsius entis, sed ex modo essendi, quem acquirit in hæc contradictionis in inferioribus, hoc autem parum telest, dummodo hæc inæqualitas sufficiens sit ad analogiam inducendam, ut supra ex Arist. ostendimus, nec ipse negare potest, cum in hoc sensu scilicet 4. cit. conclus. 3. analogiam admittat in ente; sed hæc etiam analogia potest aliquo modo intrinsecam dici, quia licet inæqualitas illa principaliter oriatur ex modo contrahentibus; adhuc tamen dici quæ potest oriri ex ipsa ratione communi, quatenus in illo statu abstractionis, est prædicanda à differentiis, est nihilominus adhuc fundamenta liter capax, & exigiva differentiarum sic inæqualium, quod quidem contingere potest absque læsione, & præiudicio unitatis conceptus ipsius entis, quia per unam, & eandem formalitatem potest inæqualiter respicere sua inferiora, ut diximus sub numer. 119. unde utraque ex illis solutionibus admitti potest; esto secundum magis placeat, ex qua non sequitur omnes gradus prædicamentales fore analogos, quia gradus specificus, qui est physice, & in primo gradu univocum, omnem prorsus excludit analogiam, quæ de causa aiebat Aristot. 7. Phyl. 24. in sola specie a thoma proprie comparationem fieri. Ad 2. concedo essentiam univoci prædicari consistere in indivisibili, sed nego univocationem illius essentia in indivisibili consistere, habet siquidem latitudinem graduaalem, secundum quam potest ab inferioribus diversimode participari, unde inæqualitas illa non minuit unitatem essentia, & prædicacionem conceptus, sed ipsam univocationem, cuius rei signum est, quod in infimo univocationis gradu unitas essentia, & conceptus adhuc illæta manet, quia nimirum tali unitate læta labitur univocatio. Ad 3. negatur assumptum nullum prorsus analogum posse habere unitatem conceptus, quia ut diximus in Logica disp. 2. q. 5. art. 2. analogæ attributionis per intrinsecam denominationem, talem unitatem possidere possunt, quia singula intrinsecè participant, esto diversimode, & communem formam, in qua sit analogia; hæc tamen verum est, quod ubi dicebamus in fine, analogæ ut analogæ, nunquam ad unitatem conceptus abstrahibilis pervenire posse; quod si intendam talem videantur obtinere unitatem ut contingit in transcendentes; hoc utique non est ex vi ipsius analogia, sed ex vi univocationis annexæ; analogia enim secum non desert, nisi unitatem attributionis, vel proportionis, quæ est unitas imperfecta semper involvens vel plures rationes inter se proportionem habentes, vel plures habitudines ad unam formam, quæ tamen unitas attributionis cum unitate univocationis consistere potest; ait Doct. 9. ut minor unitas cum majori, unde fallum est, quod dicebatur in argumento, analogiam, & univocationem semper incommensurabiles esse, quia unitas minor stat cum majori, ut diximus num. 120. & licet essentia univocatio consistat in indivisibili, ideoque tolli nequeat per multipliciter, nisi tollatur totaliter; univocatio tamen essentia absolute sumpta non consistit in indivisibili, sed latitudinem habet graduaalem, & minui potest iuxta quatuor gradus numer. 106. assignatos, verum tamen est, quod cum ad infimum gradum perventum erit; non amplius diminutionem patitur, quia tunc univocatio salvatur in sola, & simplici unitate essentia; quæ consistit in indivisibili.

QUESTIO VI.

Quomodo, & per quid ens ad inferiora contrahatur, ac determinetur, num per differentias, vel modos intrinsecos.

139 Quid sit hoc locum non habet apud illos, qui rationem entis a rationibus inferiorum non prædicant, quia ad nobis perfectè illam prædicantem incumbit ostendere, quod pado factale, vel tale ens, quomodo nimirum determinetur ad Deum, & creaturam, substantiam, & accidens; cum enim sit ratio communis, & prædicata, opus est ut aliquo modo limitetur vel per differentias, vel per modos intrinsecos; & rursum vel per modum compositionis, vel saltem maioris explicationis; quia quidem difficultate non premitur negans unitatem conceptus entis, inquit enim in conceptu entis, ut sic, omnia simul inferiora immediate commisceri, vel simul confuse concepta, vel sub dysfunctione, & sic ad determinationem entis sufficere, ut quæ coadjuvantur simul, & confuse, postea concipiuntur seorsim, & distinctè.

Circa determinationem entis ad Deum, & creaturam nemo, quem viderim, ailerit fieri per differentias (præter Poncium cit. n. 132. qui id dicere tenetur iuxta sua principia) nec sequitur compositio in Deo, ex genere, & differentia, sed omnes fatentur fieri per modos intrinsecos, & quia in hoc sensu adhuc dupliciter cogitari potest huiusmodi contradictio, vel scilicet per modum compositionis, & maioris explicationis eiusdem realitatis, vel conceptus. A liqui docent fieri primo per modum compositionis saltem secundum rationem, quæ fit ex ente, ut sic, & modis positivis, ita ut Deus, & creatura sint re solubiles in duos conceptus nempe in conceptum entis, ac modi contrahentis, ita passim videntur Scotista Metaphysicari ex his, quæ habet Doct. 9. d. 3. q. 3. & sequitur Palqualig. tom. 1. Met. disput. 37. scilicet 3. quævis ibi loquatur de conceptu entis in ordine duntaxat ad substantiam, & accidens, quia præter istum, ut supra diximus, nullum alium conceptum communem entis agnoscat. Alii vero putant fieri posteriori modo, ut Suar. disp. 2. Met. lect. 6. n. 7. ubi inquit alio modo contingere contractionem entis, & cæterum rationem communem, nam huiusmodi contradictio non est imaginaria per modum alicuius compositionis, quævis solùm secundum rationem, sed totum per modum cuiusdam expressionis conceptionis alicuius inferioris ad ens, ita ut uterque conceptus tam entis, quam substantia, & sic, simplex sit, & irresolubiles in duos conceptus, solumque differant, quia unus est formalis determinatus, quam alter quod in ordine ad conceptus formales redè explicatur, differunt enim solùm, quia per unum expressus concipitur res, prout est in se, quam per alium, quo solùm confuse concipitur, & præcisè secundum aliquam convenientiam cum aliis rebus; hoc autem totum fieri potest sine propria compositione per solam cognitionem confusam, vel distinctam, præciam, vel determinatam; sic igitur his conceptibus formalibus intelliguntur correspondere duo obiecti simplices, & irresolubiles in plures conceptus, quorum unus dicitur superior, vel abstrahitor alio, solùm quia respondet confusiori conceptui formali, per quem non concipitur res secundum determinationem modum, quod est in se, sed confuse, & præcisè. Possent etiam intelligi ille conceptus superior includi in inferiori sine propria compositione inferioris, quia totum id, quod confuse concipitur in illo conceptu præcisè, reperitur in alio obiecto expressus conceptu, & in toto illo quæcumque ratione consideretur, ac denique intelligitur determinatio superioris ad inferioris, & additione inferioris ad superioris non quasi per additionem partis ad partem, sed per solam maiorem determinationem, vel expressionem, aut confusionem eisdem rei in ordine ad diversos conceptus mentis; ita discurrent Suarez loc. cit. qui sequitur. A versa cit. cum multis Receptoribus; & ex postiori Meuribus lib. 1. suæ Metaph. quæst. 10. conclus. 2.

140 Circa vero determinationem entis ad substantiam, & accidens, seu ad decem prædicamenta nulli eodem modo dicuntur, quod nempe non contrahatur per differentias, sed adhuc per modos intrinsecos, & quia illorum alii sunt modi prædicandi, & alii essendi, putantur quidam apud Ant. And. 5. Metaph. q. 7. ens contrahit ad decem prædicamenta per modos prædicandi, & alii volunt contrahi per modos essendi, ut Antoni. And. loc. cit. Faber theo. 97. & 7. Met. disp. 2. & alii Scotista passim, per modos inquam positivos, & reales perfectæ, & inlicitis importatos per illos terminos per se, qui conveniunt substantia, & in illis, qui conveniunt accidenti. Sic tamen 5. Met. quæ 1. & lib. 4. q. 1. ad 2. & q. 19. ad 7. ait modum constitutum substantiam, & consequenter determinationem ens ad illam esse tantum negationem, unde, inquit, licet ens quidditative includatur in substantia, non tamen in eo, per quod contrahitur ad conceptum substantia, quia id solùm est quædam negatio, quam circumferimus hæc voce per se, unde sententia videtur, ens quidem contrahi ad substantiam, & accidens per modos intrinsecos, non tamen positivos, sed negativos.

ARTICULUS PRIMUS.

De modis intrinsecis, ac extrinsecis.

Quoniam entis determinatio per modos intrinsecos luculentè percipi nequit, nisi habita exacta cognitione modorum intrinsecorum, ideo in hoc articulo præmittere decrevi quæstionem ad Metaphysicam, at tamen cum notitia modorum extrinsecorum valde iuvet ad vestigandum naturam arcanam intrinsecorum, non erit abs re etiam de extrinsecis hic sermone institueretur, sed mirum est, quam extremi fuerint in hac tractatione Antiquiores, & Moderni; Antiquiores enim, & præsertim nostri Scotista, quinteros implevere de his modis intrinsecis, nec quidem verbum faciendo de extrinsecis; Moderni è contra, tota enim eorum Philosophia, & Theologia his modis extrinsecis contenta est, adeo ut huiusmodi entitates, quæ vocantur modales, abtuleris, tota eorum doctrina ruit; unde cum modi extrinseci in eorum sententia adeo modice sint entitatis, ut rebus semper prætantur, fixos esse, neque seipsos subsistere possint, plane eorum doctrina fulcrit, nimirum imbecillibus innititur, quod tamen iocose dictum volo.

141 Primò itaque sciendum hic nos non accipere modum in ea latissima significatione, qua modus dici solet omnino determinatio, vel limitatio præcise univocæ rei finitæ iuxta mensuram eius, quo sensu d. Aug. lib. 4. Genes. ad lit. cap. 3. ait Modus est, quem mensura præfigit, & Poeta, est modus in rebus, &c. Sed accipitur pro entitate quadam, quæ non tam ad rei essentiam pertinet, quam ad complementum eius, in quo sensu à quibusdam non inconsultè definitur, modum esse, quæ aditus reitillam modificat vel in se, vel in alio, vel ad aliud, vel quoad esse, vel quoad operari, quem ita descriperunt, ut sub hæc definitione comprehenderent omnes modos tam intrinsecos, quam extrinsecos, re ipsam determinantes vel ad esse five essentialiter, five accidentaliter, vel ad operari; Modos autem extrinsecos dari debere in rerum natura probari potest inductione à posteriori, nam in quantitate v. g. vel qualitate duo considerari possunt, unum est, absoluta entitas ipsius quantitatis, vel qualitatis; alterum est unio, seu actualis inherencia horum accidentium cum substantia; primum vocatur simpliciter, & absolute res quantitas, res qualitatis includens in se quicquid est essentia quantitatis, vel qualitatis individua, & in rerum natura potest, quæ manet, & conservatur, etiam si hæc accidentia à substantia separantur; alterum vero simpliciter inherencia appellatur modus quantitatis, vel qualitatis, quatenus est aliquid illa accidentia efficiens, & quasi ultimo determinans statum, & rationem existentie eorum, & est adeo modice entitatis, ut per se, ac solitarie existere nunquam possit etiam per Dei potentiam; sed necessario petat auxilium esse rei, quam modificat, ac determinat; unde res potest quidem existere sine modo, non tamen è contra; conjuro à priori est, quia entitas modalis à natura sui instituta non per se existendum, sed ad modificandum non per se existentem, tum quia præsertim in schola nostra omnis entitas modalis huius generis est relativa, omnium autem forme relative ex dictis in Phylia disp. 3. quæ 4. repugnat per se existere. Et sic sub nomine modi extrinseci, ex dicti figura respectu quantitatis, unio, & presentia localis, seu ubi, includens in se, passio, motus &c. quæ quidem entitates omnes dicuntur modales, quia rebus modificant, ac determinant vel quoad esse accidentaliter, v. g. esse unum, finitum, locutum, &c. nam determinare essentialiter præstat ad modum intrinsecum, vel quoad operari, ut constat de actione, productione, & motu, & hoc pacto formalitatem modi extrinseci explicant Recentiores omnes, Suarez disp. 7. Met. sec. 1. num. 16. Hurtad. disputat. 2. Metaphysic. sec. 5. Arriag. disputatione 1. Metaphysic. scilicet 1. Ovved. contr. 4. Metaphysic. punct. 5. & 6. ac alii passim.

142 Secundò. Quamvis autem acceptio modi in hoc sensu temporibus elapsis non fuerit in schola nostra admodum in usu, quia omnes hæc entitates Scotista nolii appellabant res, & non modos, sub nomine modi intelligentes forum modos intrinsecos, ut constat apud Formalistas, adhuc tamen eam agnovit Doct. 9. d. 1. q. 5. ubi sub lit. B. relationem qualem unionis, & inherencie vocat modum sui fundamenti, & certum est, non esse eius modum intrinsecum, ergo extrinsecum, & rursum lit. D. §. quod sit ad hoc, ut dirimat litem de nomine, an relatio sit res, vel modus sui fundamenti, inquit posse dici rem, & modum; potest dici modus, quatenus est imperfecta entitas per se existere non potens, sed fatali necessitate semper est affixa rei, quam modificat; potest autem dici res, quatenus essentialiter cadit sub dysfunctione entis realis, unde ibi concludit esse modum, non tamen modum intrinsecum, sicut est infinitas in Deo; ecce quomodo unionem, & inherenciam vocat modos extrinsecos, & licet dicta etiam res appellari posse, non tamen accipit nomen rei pro entitate perfecta per se existere valente, sed pro ente reali sine accepto, & contradicto à nihilo; immò in eadem quæ sub lit. H. & elarius adhuc in q. d. 12. q. 1. lit. I. necessarium affectionem, & alligationem horum modorum ad res modificatas loquens de inherencia sic manifestat, ac simul causam talis necessitatis his verbis cum quævis de illa inherencia, quæ inherencia albedinis inheret albedini, dico, quod illa est eadem inherencia albedinis, & variabilis est status, variabilisque pars lib. 2. disp. 1. q. 5. quia illa Metaph. Metaph. P. 1. Tom. 17.

relatio est idem fundamentum, sine qua fundamentum esse includit contradictionem, huiusmodi est illa inherencia inherens, quia contradictoria est, inherenciam albedinis ad substantiam esse actum, & non inherere actum, vel non habere inherenciam, in eodem sensu modum accepit Doct. 9. quol. 3. art. 1. in secunda acceptione rei; ut res distinguitur contra modum, ibidem modum esse declarat, quod est simplex circumstantia rei, & aliquid ei extrinsecum apponit, & sic inquit tria prima prædicamenta absoluta esse res, cætera vero modos; constat autem apud eum non esse modos intrinsecos, ergo extrinsecos; verè igitur Doct. 9. non solum agnovit modos intrinsecos efficientes realitates Metaphysicas, sed etiam modos extrinsecos efficientes res Physicas; ac eorum quidditatem explicat, ut passim explicari solet, quod consistat in munere modificandi rei, vel affum & in necessaria alligatione ad illam. Neque hic audiendi sunt Vulpes tom. 1. part. 2. disp. 13. art. 3. num. 3. & Saxius tom. 1. cat. 1. quæ 4. art. 3. num. 169. priorem Scoti locum intelligentes de modo intrinsecum, hoc siquidem manifestè repugnat textui, qui sic loquitur, relatio licet sit modus, si sit extra intellectum, & non modus intrinsecus fundamenti, sicut est infinitas in Deo, sequitur quod illi modus alius à re naturæ sit res alia à fundamento acceptio, & generalissimè, ut dicitur in Actus generis, in quomodo dicitur relationem esse modum fundamenti, sed non modum intrinsecum, & rursum esse talem modum, qui includat quidditative ens in decem genera divinum, quod Scotus non concedit de modo intrinsecum, ut patet quæst. sequenti; de modis etiam extrinsecis loqui videtur, cum quæst. 36. prædicam. & c. d. 6. quol. 10. Docet divisionem prædicamenti qualitatis in 4. combinationes non esse generis in species per differentias, sed potius per modos extrinsecos eidem qualitati competere valentes.

143 Tertio tamen advertendum est, quòd esto cum Recentioribus admittamus modos rerum extrinsecos, nihilominus ab eis discrepamus in hoc, quod ipsi tales modos aut ponunt omnino absolutos, aut solum transcendentem relationis, ita ut constituantur ex entitate absoluta, & relatione transcendentem in eis essentialiter imbibita, sic enim passim loquuntur de actione, passione, ubi, motu, &c. nos autem huius generis modos dicimus esse puros respectu extrinsecos advenientes, ut plurimum pertinentes ad sex ultima prædicamenta, ita docuimus in lib. Phyl. prædicando de actione, passione, motu, & ubi, ac etiam in Log. disp. 8. q. 12. art. 1. loquendo de conflictione illorum sex prædicamentorum, quod etiam inveniendi adhuc potest de quacumque entitate modalis generati ratione deducta ex natura ipsius modi, qui talis est, ut diximus, ut necessario affixum esse petat cum re modificata, nec aliter subsistere possit in rerum natura etiam divinitus, nisi illi colligatus; sed omne accidens absolutum ea ratione, qua absolutum est, potest divinitus à subiecto separari, ac separatim existere, & solum accidenti relativo hoc repugnat, ea ratione, qua relativum est; ergo huiusmodi entitates modales potius sunt relative quam absolutæ; major patet, & ab ipsis quoque contrariis conceditur. Probat minor, quia hæc ratione in Sacramento Altaris dicimus omnia accidentia absoluta, ut quantitatem, & qualitatem, existere à subiecto separata, unde aliqui Moderni ponentes ubicationem formam absolutam, & are ubicata separabilem, negant consequenter esse modum, ut Arriag. disp. 14. Phyl. sec. 2. sublit. 7. & tandem probari potest inductione in singulis modis extrinsecis actione, passione, ubi, &c. ex specialibus disputationibus de ipsis in Phyl. hactenus, immò hoc ipsum de figura (quod minus videtur) quæ est quarta speciei qualitatis, monstravimus disput. 7. Log. quol. 3. art. 2. declarando illam qualitatis speciem, omnes ergo huius generis modi sunt entitates absolute; Neque hic obicitas existentiam, & subsistentiam, qui sunt modi substantie, & intentionem, ac remissionem, qui sunt modi qualitatis, & tamen entitates relativas non important; nam quidquid sit de hoc, de quo in propriis disputationibus, isti modi non sunt ejus generis, de quo loquimur, nempe modi extrinseci, sed modi intrinseci naturam ipsam determinantes, ac modificantes, vel in esse specifico, vel individuali, in quo pacto defecerunt Moderni non discernentes modos extrinsecos ab intrinsecis, cum tamen magna sit differentia inter hos, & illos ut conflabit ex modo dicendis.

144 Quarto ad magis percipiendam naturam horum modorum sciendum est, modum non egere alio modo in suo genere, in quo est modus; quia à se habet ut quo illud prædicatum; sicut albedo, quæ reddat album, non eget alia albedine; quæ de re dicebat Arist. 5. Phyl. ad actionem non esse actionem, nec ad motum esse motum, quia tunc daretur processus in infinitum, & ideo à Logice tradi solet regula talis, quod est aliquid ratio esse modo, illud seipso esse ratio, unio ergo seipso unitur, & non per aliam unionem, a seipso seipso producit, & non per aliam, ubiatio seipso lacatur, & non per aliud ubi, & sic de aliis, quævis autem in eo genere, in quo aliud determinat, & modificat, non eget alio modo eger tamen in alio genere, in quo non est determinatio, sic unio, & ubi sunt per actionem à se distinctam, unio determinatur per ubi ad diversa loca, & sic de aliis. Dices, nec ubi nec motum, nec actionem egere alia unionem, ut suis uniantur subiectis, sed seipsos uniri; ergo fallum est modum egere modo in alio genere. Resp. hoc univèrally esse de ratione cuiuscumque modum, quod seipso uniatur rei modificandæ per ipsum, quia per suam essentiam est à dualis determinatio rei, quod non ellet, si per unionem superadditam uniretur, unde in modis idem est eos se unire suis rebus, & illis communicare suum effectum intrinsecum, quia sunt intrinsecè eorum determinationes; Tum quia, quod indiget superaddita unionem,